



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

VIII. Iac. Sadolet. S.R.E. Cardin. Donato Rullo S.P.D.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

Sunt enim amanter profusus, & perdisertè scripta. In his
quod multatrem negotij tantopere excultas, tua quidem diligen-
tia vehementer grata: sed excusatio non ita necessaria fuit.
Facili enim intelligo, ea que aliena fide operaque gerantur, non
alio alium sapere responderè votis eorum, qui suum in his rebus of-
ficio uti putant. Quod tamen officium magis à te ex humani-
tate suscipere est, quam quod ego de te vlla in re bene sim
meritis. Sed tamen quicquid est, quod abs te actum est in ei ho-
noris causa, id mihi profusus non modò accidit gratissimum: sed
magnum etiam curam attulit, ut si fuerit occasio, coner te com-
pensare non impari munere, præsertim cum videam quanta cum
gentis & literarum elegantia scriptus liber, idemque à gluti-
natis quam aptè & compositè concinnatus sit: in quo amo-
ri & liberalitatis primas Rullo partes, tibi secundas sine dubita-
tione dedito. Agoque propterea ambobus vobis magnas gratias.
Tibi enim, qui me in tuis literis eis laudibus exornas, quas ego
non spero: totum que id refero amorem ad eundem, qui tuis
erga me iam perfectus est: his meis Feliciane literis hoc
repondeo: te, etsi nequaquam antea mihi fueris notus, tamen
hoc meo officio ita animo infudisse meo, ut quidem te post-
hac amorem amicissimorum numero habiturus sim. Neque
illud spero etiam optaturus, locum & tempus aliquod mihi
datis, quo tu me item tui amantissimum esse intelligas. Vale. Car-
pense, Idibus Junij, M. D. XLI.

VIII

JAC. SADOLET. S. R. E. CARDIN.
Donato Rullo S. P. D.

Carissimum intervallum factum est, ex quo ego tuas literas
Septem. III. Cal. Aprilis Venetijs datas: Quæ etsi summam si-
gnificationem tui erga me amoris habebant, erantque ita scri-
ptæ, quasi illis suavis, nihil ingenui animi liberalisque natu-
ra significari fieri posse videretur: tamen quoniam habebant
Alexandri mentionem, teque adhibuisse diligentiam,
ut si liber Græcè describeretur, mihi que mitteretur, indicabant:
non parum mihi quicquam referendum, quod certum scirem,
quo aliter ille liber, & cuius fidei ac diligentie mihi reddendus
dubitatus fuisset. Nihil enim erat de hac re in tuis literis scri-
ptum, neque valebam coniectura assequi, unde illum mihi, aut
non recto accedendum putarem. Quod cum longius duceretur,
ergo in maxima expectatione tui mihi optatissimi muneris
dona: recordor scripsisse ad Primum, talem virum, qualem tu
queque eruditas: hoc est, omnibus ingenij, officij, virtutisque
C c 3 orna.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ornamentis præditum: ut is re explorata, quam primùm liberæ
 expectatio liberaret. Qui cum ad me ipse scripserit, tum rursus
 iam Ioannis Bernardi Feliciani (hominis docti, & ut perspicere
 videor, mei quoque studiosi & amantis) literas: ex quibus
 citè lætatus sum, quòd in eis luculentum inerat testimonium
 tuæ singularis benevolentiae erga me, & item suæ. Neque
 statim liber tunc unà cum literis, sed post aliquot dies, mihi
 idem redditus est. Quem ego, mi suauissime Rulle, ea cum
 læticia accepi, qua solent, qui magnum honorem aliquem
 regnum concupierunt, ad sui desiderij exitum peruenire. Nam
 mihi quidem regnum atque honos literarum sunt: in quibus
 fors, ut non ex illis lucem aut gloriam, sed moderationem animi
 & regulam quandam vitæ pacatis traducenda, mihi summo
 putem. Porro autem hunc autorem semper imprimis admiro
 sum, prudentiamq; in eo penè singularem cognoui: et cum
 tinum legerem, neque verba factis in eo, neque sententia con-
 bant: perspiciebam tamen in eius scriptis nescio quid, quòd
 mihi extollere super communem usum cæterorum scriptorum
 præsertimque Græcorum videretur: quod nunc tuo inuigili
 Rulle beneficio melius & liquidius diiudicare poterò. Tom
 enim scriptorem hunc plane penitusque comprehendam, & per-
 scrutabor: ad quod me adiuuabit, quòd ita & scriptus, & gra-
 natus liber est, iisque & literarum intus, & extra pugnatis
 stratus: ut nò solum utilitas, verum etiam voluptas me ad lega-
 dum vehementer sit allectura. In quo video tuam summam dis-
 gentiam, cum summo amore, quem in me habes, certasse. Quo-
 re gratias tibi equidem ago pro tua erga me liberalitate, & habeo
 maximas. Sed in quo etiam gratius mihi es facturus, si me diligas
 & si hominem esse me existimas non indignum eis studiis, in quibus
 ambo educati sumus, persuasissimum tibi habebis, nunquam
 cui huius officij clapsuram mihi memoriam ex animo: nec modo
 me adductum beneficio, verum etiam imprimis benevolentia erga
 me tua, curaturum omni studio, ut aliquid aliquando mei in
 amoris & gratissimæ voluntatis indicium appareat. Vale. Ex Fe-
 liciano Carpentoractensis diœceseos, Idibus Ianij, M. D. XLII.

I X.

IAC. SADOLETYS S. R. E. CARDINAL.

Donato Rullo S. P. D.

QVINTVS hic agitur mensis, ex quo tempore ego in hanc
 urbem me retuli: non mea sponte quidem neque voluntate
 hic adductus, sed inuitus, ac dolens Pontificis Max. imperio
 terisq; compulsus, cum mihi in orio studiisq; meis honestissimis